



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sacrarvm Antiquitatvm Monvmenta

Hillesheim, Ludwig

Antverpiæ, 1577

In Obitvm Clarissimi Lvdovici Hillessemii viri consularis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68887](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68887)

I N O B I T V M C L A R I S S I M I
L V D O V I C I H I L L E S S E M I I
viri consularis.

E R G O nostra tuis debetur nenia bustis
T am citò, lugubris carminis obsequium?
Nec tibi iam toties sella sedisse curuli
Profuit, & patriæ consuluisse tuæ:
Nec tua cum pietate fides spectata clienti
Sapè tuo, in duris ardua temporibus.
Natura facilis nec quicquam vena benignæ
Iuuit, & ingenij tot monumenta tui,
Quo minus immature senex patriæq; tuisq;
Ante diem subito flebilis occideres?
Scilicet hæc illa est mortalis linea vitæ,
In longum humanos quæ vetat ire dies.
Nil tamen effectum properantis ad vltima fati
Ad morsu, demt nil nocuere dies:
Quæ res namq; fuit votorum summa tuorum;
Vinet ab exequiis inclyta fama tuis.

E I V S D E M T V M V L V S.

S I C te dia potentia
Sernet perpetuum, sic tibi quisquis es.
Feliciter & amplius
Ex voto Superi tempora sospitent,
Pallentes violas pio
Et fragrans cineri spargito balsamum.
Hoc virtus tumulo iacet:
Hoc paruo pietas marmore clauditur:
Hoc saxo tegitur fides.
Heu mors improba, quid sidera deripis
Orbi? cur tenebræ placent?
An est omnibus hoc numine calitum

Decretum

Decretum pariter mori?

Nec Vates flunios, legibus inferis,
Vitant irremeabiles?

Vates, qui Clario sub duce militant?

Hic noster memini quidem

Diuino quoties pollice barbiton

Vates mouerit auream:

Nunc est exigui portio pulueris.

Nunc vox conticuit pia,

Demulcens animos carmine amabili;

Exanguesq; rigent, boni

Heu quondam digiti tangere nablia;

Et conuulsa iacet chelys.

Sed quae fata iubent, quosq; necessitas

Nodos implicat ultima,

Nec fas est homini soluere, si velit,

Nec si fata sinant roget:

Ut nec curriculo Gracia Olympico

Victori lacrymas dabat.

Nervos ille quidem corporis & cutem

Abiecit, spoliium graue:

Qualis qua tenero vulnere concidit

Languescit moriens rosa.

Verum non moritur, quem super aethera

Immixtum Superis legunt,

Atque illinc populi iugiter audiunt,

Quos vel Sol oriens videt,

Vel quos occiduo ab limite conspicit

Condens Oceano caput.

Mors est ingeniis nulla perennibus.

CATALO